

sum huiusmodi temerarium inuenientes et iniquum plusque misericordiam quam iuris rigorem in hac parte sollicite amplectantes (!) ob ipsorum proconsulum et consulum propriam precium instanciam et beneplacitum multorumque discretorum interposicionem a prenominatis proconsulibus et consulibus centum marcas Sweue monete cum multiplici gratiarum accione leuauimus supradictis dominis clericis ac laycis possessiones suas omnes et singulas quas primitus habuerant more solito reedificando [c: —das] et in posterum ab ipsis et suis heredibus possidendas adiudicauimus pleno iure cum diuinum et humanum sit iudicium unicuique quod suum est refundere nec aliena appetere concupiscere uel habere sine causa In cuius rei euidentiam firmiorem sigillum nostrum vna cum sigillo ciuitatis memorate presenti sedule duximus apponendum. Datum Abo Anno dominj M CCC XXIII quinto kalendas aprilis.

Öferskrift: De emenda facta per consules aboenses.

2461.

1324 d. 9 April.

Skeninge.

Riddaren Knut Porse qvitterar 574 mark penningar, hvilka han af Biskop Carl i Linköping uppburit för Fivelstad, som han, å sin kusin Margareta Porses vägnar, för nämnde summa sålt till Biskopen.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 168 v. c.

Omnibus presens scriptum cernentibus KANUTUS PORSE miles salutem in domino sempiternam, tenorepresencium recognosco me a venerabili patre domino karolo dei gracia episcopo lincopensi quingentas septuaginta III:or marchas denariorum ex toto leuasse et integraliter habuisse ex parte dilecte consobrine mee domine margarete filie condam domini petri porsæ. auunculi mei pro quadam ipsius domine margarete. curia seu bonis in fuilstadhir in osgocia. quam quidem curiam seu bona prefato domino k. episcopo ex ipsius domine margarete mandato et consensu expresso vendidi pro summa pecunie antedicta. reddens ipsum dominum episcopum auctoritate presencium a soluçione debiti memorati liberum penitus et quittatum In cuius euidentiam sigillum meum vna cum sigillo sepedicte domine margarete presentibus est appensum Datum skæningie Anno domini M CCC XX^o quarto feria secunda proxima post palmas.

Allmän öferskrift: Prebende fuilstadhir.